

ITEM INCIPIT¹ EPISTOLA GENERALIS CLEMENTIS PAPAE OMNIBUS TAM
MAIORIS² QUAM INFERIORIS ORDINIS CLERICIS AC³ CUNCTIS FIDELIBUS
SCRIPTA⁴.

[H. 56] Clemens urbis Romae episcopus omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconibus ac
5 reliquis clericis, et cunctis principibus, maioribus minoribusve⁵ omnibusque generaliter
fidelibus benedictio claritas⁶ et gloria in gratia dei, quae data est nobis in Christo Iesu
domino nostro.

Urguet nos, fratres, multus amor vester et religiosa⁷ invitat⁸ devotio, quia debitores sumus,
ut quaedam vobis scribamus.

10 Vobis⁹ ergo, qui sacerdotio domini fruimini et in speculo estis positi, plus scire oportet, ut
subditos vobis populos pleniter docere possitis eisque ad regna caelorum ducatum¹⁰ praebere
domino annuente valeatis. Unde et ipsa per se veritas ait: Vobis datum est nosse mysterium
regni dei, ceteris autem in parabolis et reliqua. Propter¹¹ quod consilium¹² do unicuique
vestrum constanter docere verba divina, et discentibus libenter accommodare aurem verbo
15 dei. [H. 57] Vestrum¹³ enim, qui¹⁴ legatione¹⁵ Christi¹⁶ fungimini, est docere populos, eorum

Quellen:

4-7: *Clemens - nostro* sec. Greg. II. ep. ad univ. p. (Mansi 12,238).

8f.: *Urguet - scribamus* sec. Clem. recogn. IV, 6.

10: *et in speculo estis positi*, Coelest. I. ep. ad episc. per Vienn. pr. (H. no. 34). Cf. Alex. 15, Zeph. 9, Ant. 8, Fab. 11, Fel. II. pp. 10.

11f.: *eisque - valeatis* sec. conc. Paris, a. 829. c. 12.

12f.: *Vobis - parabolis*, Luc. VIII. 10.

13-15: *Propter - dei*, Clem. recogn. V. 8. Cf. infr. c. 68,

15f.: *Vestrum - oboedire*, l. c. VI. 2.

15-24: *Vestrum - existere*: Polycarpus IV,14,2 (22f.: *et qui vos - misit* fehlt; 23: *Nihil enim*] *Nam nichil*).

Rezeption:

8-15: *Urguet - dei*: Coll. Ans. ded. II,52.

10-13: *Vobis - reliqua*: Ps.-Remedius c.4 (s. auch 15-20).

15-20: *Vestrum - misit*: Ps.-Remedius c. 4 (s. auch 10-13).

15-34: *Vestrum - excidetur*: Coll. Ans. ded. II,54.

¹ INCIPIT fehlt V630

² korr. aus MARIS V630; MAIORIBUS I83; VD38

³ A VD38

⁴ SCRIPTA] SCRIPTA FELICITER I83

⁵ minoribusve korr. aus minoribusque N442; minoribus V630

⁶ claritatis N442; I83; VD38

⁷ religiosa invitat] religiose vitae VD38

⁸ invitat korr. aus vitat O93; N442

⁹ Vobis korr. aus Vos O93

¹⁰ ducatu O93

¹¹ am Rande Qualiter episcopi docere debent et subditi audire N442

¹² concilium I83

¹³ am Rande Quod est episcopis O93; am Rande Qualiter episcopi docere debent et subditi audire VD38

¹⁴ quia V630

¹⁵ legationem I83

¹⁶ domini V630

vero est vobis oboedire ut deo. Si autem vobis episcopis non oboedierint omnes presbyteri, diaconi ac subdiaconi et reliqui clerici cuncti¹⁷ omnesque principes tam maioris ordinis quam et inferioris atque reliqui populi, tribus et linguae non obtemperaverint, non solum infames, sed et extorres¹⁸ a regno dei et consortio fidelium a¹⁹ liminibus sanctae dei ecclesiae alieni erunt. Nam vestrum est eos instruere, eorum vero²⁰ est vobis oboedire ut deo, cuius legatione fungimini dicente domino: Qui vos audit, me audit, et²¹ qui vos spernit, me spernit, et qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nihil²² enim iniustius²³ vel inhonestius²⁴ est quam filios patribus rebelles aut clericos vel laicos doctoribus seu discipulos magistris inoboedientes vel protervos exsistere. Novimus enim primum hominem per inoboedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, dominus noster mittens nos vice sua in loco apostolorum ad praedicandum praecepit nobis docere omnes omnesque nobis fideliter oboedientes ut ipsi²⁵ exsistere, quoniam nec aliter²⁶ terra pariet²⁷ fructus suos, nisi culta receperit semen et irrigata²⁸ germinaverit et pariat, quae est paritura. Sic et omnis homo, qui libenter non receperit verbum dei, illudque in corde suo germinare non siverit²⁹ ³⁰ ac minime crediderit doctoribusque³¹ et episcopis suis³² non

Quellen:

18: *reliqui - linguae*, Dan. III. 4.

21: *Qui - me audit*, Luc. X. 16.

21-23: *qui - misit*, Matth. X. 14.

23f.: *Nihil - exsistere* sec. Clem. recogn. II. 18.

24f.: *Novimus - cecidisse*, reg. canon. ab anonymo consarc. c. 81. (Mansi 14, 343).

26: *Et - gratiam*, Iac. IV.16

27-29: *dominus - exsistere* sec. Clem. recogn. II. 33.

28-32: *quoniam - pariet*, l. c. VI. 2. Cf. infr. c. 74.

Rezeption:

16-18: *omnes – obtemperaverint*: Polycarpua V,1,53 (lautet *Infames sunt omnes – obtemperaverint episcopis*)

16-20: *Si – erunt*: Gratian C. XI, q. 3, c. 11.

16-24: *Si – exsistere*: Bonizo III,37.

¹⁷ cuncti omnesque] cunctique omnes V630

¹⁸ am Rande alieni extranei VD38

¹⁹ ac V630

²⁰ vero fehlt V630

²¹ et qui vos spernit, me spernit et qui vos recipit, me recipit fehlt VD38

²² am Rande De filiis circa patrem rebellibus I83

²³ iniustius korr. aus iniustitius V630

²⁴ inhonestius korr. aus honestius V630

²⁵ ipsi korr. aus ipso O93; V630

²⁶ aliter korr. aus alter V630

²⁷ pariat O93; VD38

²⁸ am Rande infusa VD38

²⁹ am Rande dimiserit VD38

³⁰ siverit korr. aus sinuerit O93; V630; N442; sinuerit VD38

³¹ doctoribus I83; VD38

³² suis korr. aus suos I83

benivolus, sed rebellis atque inoboediens exstiterit, fructum non germinabit nec pariet, sed similis est arbori³³ illi, de qua dominus ait: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur.

35 [H. 58] Primus enim pontifex Aaron chrismate compositionis³⁴ perunctus princeps populi fuit et tamquam rex primitias et tributum per capita accepit a populo, et iudicandi plebem³⁵ sorte suscepta de mundis immundisque iudicabat. Sed et³⁶ si alius ex ipso unguento perunctus est virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis et³⁷ gratia ab hominibus composita tantum potuit, intellegite iam, quantum sit
40 illud unguentum, quod a deo de virgulto vitae prolatum est, cum hoc, quod ab hominibus factum est, tam eximias³⁸ inter homines conferat³⁹ 40 dignitates. Quid enim in praesenti saeculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? [H. 59] Omnis enim pontifex sacro⁴¹ chrismate⁴² perunctus et in civitate constitutus, scripturis sacris⁴³ eruditus, carus et pretiosus⁴⁴ hominibus oppido⁴⁵ esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem⁴⁶ honorare
45 omnes debent eique servire et oboedientes ad salutem suam fideliter exsistere scientes, quod sive honor sive iniuria, quae ei defertur⁴⁷, in Christo redundat et a Christo in deum. Audire ergo eum attentius⁴⁸ oportet et ab ipso suscipere doctrinam fidei, [H. 60] monita autem vitae a presbyteris inquirere, a diaconibus vero ordinem disciplinae. Propter quod deprecor vos, conservos et adiutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere et pro omnibus

Quellen:

33f.: *Omnis - mittetur*, Matth. VII. 19.
35-42: *Primus - sublimius*, Clem. recogn. 1.46.
44-55: *Quem - caritatem*, l. c. III. 66.

Rezeption:

35-42: *Primus – sublimius*: Coll. Ans. ded. II,1.
42-47: *Omnis – fidei*: Coll. Ans. ded. II,5.
46-48: *Audire – disciplinae*: Anselm v. Lucca VII,71; Gratian D. XXV, c.2.
47-50: *monita – laborant*: Coll. Ans. ded. II,57; Coll. Ans. ded. IV,45.

³³ arbor I83
³⁴ positionis I83
³⁵ plebem] populos *korr. aus* populo V630
³⁶ et *fehlt* V630
³⁷ et *fehlt* V630
³⁸ *am Rande* praeclaras VD38
³⁹ *interlinear* tribuat VD38
⁴⁰ conferat *korr. aus* conferant V630
⁴¹ sacro chrismate] sacra chrisma V630
⁴² crismate *korr. aus* crisma O93
⁴³ sacris *fehlt* V630
⁴⁴ pretiosus N442
⁴⁵ *am Rande* valde VD38
⁴⁶ tentem VD38
⁴⁷ *am Rande* tribuatur VD38
⁴⁸ *am Rande* diligentius VD38

50 stare, maxime tamen pro his, qui in cultu divino laborant. [H. 61] Ecclesiarum omnium
 curam habetote, servorumque⁴⁹ earum⁵⁰ adiutorium praebete, viduarum⁵¹ religiosam curam
 gerite, pupillos enixius⁵² liberate, pauperibus misericordiam facite, iuvenes pudicitiam docete
 et, ut breviter totum dicam, alterutrum vos, in quibus res poposcerit⁵³, sustentate. Deum
 colite, qui creavit caelum et terram, et Christo credite. Invicem vos diligite et misericordes
 55 estote in⁵⁴ omnes. Non verbo solo, sed opere et rebus replete caritatem. Agite⁵⁵ pro viribus,
 conservi dilectissimi, quia bonum est, ut unusquisque vestrum, secundum quod potest, prosit
 accedentibus ad fidem religionis nostrae. Et ideo non vos pigeat secundum sapientiam, quae
 vobis per dei providentiam collata est, instruere ignaros⁵⁶ et docere. Desiderium ergo habere
 omnes erga doctorem veritatis eumque⁵⁷ ut oculos suos amare oportet, quia et ipsum
 60 populum sibi commissum ceu⁵⁸ proprios filios amare et docere condecet. Hoc enim a patre
 caelesti⁵⁹ donatum est, sed salus in eo est, ut voluntatem eius, cuius amorem et desiderium
 deo largiente conceperint, faciant⁶⁰.

[H. 62] Si quis ergo fidelis voluerit existere et desiderat baptizari, exutus⁶¹ ⁶² prioribus malis
 de reliquo pro bonis actibus heres bonorum caelestium ex⁶³ gestis propriis fiat. Accedat
 65 autem, qui vult, ad sacerdotem⁶⁴ suum, et ipsi det nomen suum atque ab eo audiat mysteria

Quellen:

55-58: *Agite - docere*, Clem. recogn. VIII. 37.

58-62: *Desiderium - faciant*, Clem. recogn. IV. 4. Cf. supr. XLIII.

63-70: *Si - sanctis*, Clem. recogn. III. 67.

Rezeption

50-62: *Ecclesiarum – faciant*: Coll. Ans. ded. X,134.

63-70: *Si – sanctis*: Coll. Ans. ded. IX, 1; Burchard IV,15 (65 *autem qui vult* fehlt); Ivo, Decr. I,210 (65 *autem qui vult* fehlt).

⁴⁹ *servisque korr. aus servosque O93; servisque korr. aus servorumque V630*

⁵⁰ *eorum I83; VD38*

⁵¹ *viduarum korr. aus viduam I83*

⁵² *am Rande studiosius VD38*

⁵³ *am Rande exegerit VD38*

⁵⁴ *ad I83*

⁵⁵ *Agite korr. aus Agote O93; Agetote N442; I83; Agitote VD38*

⁵⁶ *am Rande inscios VD38*

⁵⁷ *eumque ut korr. aus eumque V630*

⁵⁸ *seu I83*

⁵⁹ *caelestis V630*

⁶⁰ *faciant korr. aus faciunt VD38*

⁶¹ *am Rande spoliatus purgatus VD38*

⁶² *exutus korr. aus exutis O93*

⁶³ *interlinear ex operibus VD38*

⁶⁴ *sacerdotium, interlinear vel tem V630*

regni caelorum, ieiuniis frequentibus operam impendat⁶⁵ ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus iam consumando⁶⁶ in die festo possit baptizari. Baptizatur⁶⁷ autem unusquisque in aquis perennibus⁶⁸, nomine⁶⁹ trinae beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum⁷⁰ per haec⁷¹ consecratus possit percipere locum cum sanctis. [H. 63] Nullus enim propter⁷² obprobrium senectutis vel nobilitatem⁷³ generis aut iuventutis a parvulis et minus eruditis, si quid forte est utilitatis aut salutis, inquirere neglegat. Qui enim rebelliter vivit⁷⁴ et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur et potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo⁷⁵ non⁷⁶ omnibus hoc amabile est cunctisque exoptatum⁷⁷, ut, quae ignorat, discat, et, quae didicerit, doceat? Certissimum namque est, quod neque amicitia neque propinquitas generis neque regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil⁷⁸ est pretiosius⁷⁹ anima. [H. 64] Dominus autem creator omnium ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominatorem⁸⁰ terrae marisque et aeris ipsius dedit veritatemque inquirere praecepit, et⁸¹ sicut⁸² verus nobis propheta enarravit et ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo est rationabilis, et consequens est, ut ratio irrationabilibus

Quellen:

70-77: *Nullus - veritate*, Clem. recogn. I. 67.
77-200: *Dominus - servies*, Clem. recogn. V. 2—13.

Rezeption:

70-77: *Nullus – anima*: Coll. Ans. ded. X,135.
70-74: *Nullus – monstratur*: Gratian D. XXXVIII, c. 18
75-77: *Certissimum – anima*: Deusdedit IV,65.
77-83: *Dominus – obnoxius*: Coll. Ans. ded. VIII,26.

⁶⁵ *am Rande* tribuat VD38
⁶⁶ *am Rande* perficiendo VD38
⁶⁷ Baptizetur N442; Baptizator I83
⁶⁸ *am Rande* perpetuis VD38
⁶⁹ nomine *korr. aus* nomina V630
⁷⁰ *interlinear* ad extremum VD38
⁷¹ hoc N442; VD38
⁷² propter *fehlt* I83
⁷³ nobilitem I83
⁷⁴ vivit *fehlt* V630
⁷⁵ ergo non *korr. aus* ergo O93
⁷⁶ non] non in VD38
⁷⁷ *am Rande* desideratum VD38
⁷⁸ nil I83
⁷⁹ pretiosius *korr. aus* pretius O93; pretiosius *korr. aus* pretiosius est V630
⁸⁰ dominationem V630
⁸¹ et sicut *korr. aus* et sicut et N442; sicut et V630
⁸² sicut] sicut et VD38

dominetur. Hic⁸³ enim ab initio, cum adhuc iustus esset, cunctis viris⁸⁴ et omni fragilitate superior erat, ubi autem peccavit et factus est servus peccati, simul⁸⁵ et fragilitati efficitur obnoxius⁸⁶ 87. [H. 65] Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia⁸⁸, sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles, et non solum impassibiles⁸⁹,
85 verum et parva in deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promisit dicens: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc, et transibit. Huius vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, etiam facta quaedam per magistros nostros⁹⁰, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis, quia adstantibus nobis eorum meritis daemones cum passionibus, quas hominibus invexerant⁹¹, transierunt et
90 fugati sunt. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est. Quae non alia esse quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus⁹² vero fidei demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum dei iudicium, peccandi licentiam praebet, peccatum vero hominem passionibus obnoxium⁹³ 94 facit. Fides autem futurum esse dei iudicium credens continet homines a peccato. Non
100 peccantes vero non solum liberi sunt a daemonibus et passionibus, verum et aliorum daemones et passiones fugare possunt. [H. 66] Ex his ergo omnibus⁹⁵ colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, et ipsa sit malorum omnium⁹⁶ mater, quae incuria quidem et ignavia⁹⁷ gignitur. Neglegentia vero alitur⁹⁸ et augetur atque⁹⁹ in sensibus hominum radicatur¹⁰⁰, dum amatur, quam, si quis¹⁰¹ forte doceat effugandam, velut antiquis

Quellen:

77-200: Dominus - servies, Clem. recogn. V. 2—13.

Rezeption:

83-101: *Quod – possunt*: Coll. Ans. ded. VIII,44.

101-117: *Ex – ignorantia*: Coll. Ans. ded. X,136.

⁸³ Hinc I83; VD38

⁸⁴ *interlinear* vel vivis V630

⁸⁵ simul et fragilitati *fehlt* VD38

⁸⁶ *am Rande* debitor V630; VD38

⁸⁷ obnoxius VD38

⁸⁸ quia sicut *korr. aus* quasi V630

⁸⁹ passibiles I83

⁹⁰ nos V30

⁹¹ *am Rande* immiserant VD38

⁹² curantibus vero *korr. aus* curantibus N442

⁹³ *am Rande* debitorem VD38

⁹⁴ obnoxium VD38

⁹⁵ hominibus V630

⁹⁶ omnium mater *korr. aus* mater omnium V630

⁹⁷ *am Rande* stultitia sive pigritia VD38

⁹⁸ *interlinear* nutritur VD38

⁹⁹ atque] et quae I83

¹⁰⁰ *interlinear* firmatur VD38

105 et hereditariis sedibus moleste et indignanter avellitur¹⁰². Et ideo paululum laborandum¹⁰³
nobis est, ut¹⁰⁴ indignantes ignorantiae¹⁰⁵ praesumptionis scientiae ratione reseceamus¹⁰⁶ ¹⁰⁷, in
his praecipue, qui in aliquibus minus¹⁰⁸ rectis opinionibus praeventi sunt, per quas quasi sub
specie alicuius¹⁰⁹ scientiae ignorantia in¹¹⁰ ¹¹¹ his vehementius¹¹² radicata est. Nihil enim
gravius quam, si id, quod ignorat quis, scire se credat et defendat verum esse, quod falsum
110 est. Quod tale est quale¹¹³, quis ebrius sobrium se putet et¹¹⁴ agat quidem cuncta ut ebrius,
sobrium se tamen et ipse putet et dici a ceteris velit. Ita sunt ergo et hi, qui¹¹⁵ ignorantes,
quod verum est, speciem tamen alicuius scientiae tenent et mala quasi bona gerant¹¹⁶ atque
ad¹¹⁷ perniciem quasi ad salutem festinant. Propter quod ante omnia properandum est¹¹⁸ ad
agnitionem veritatis, ut possimus quasi lumine nobis inde succenso errorum tenebras
115 depellere. Grande enim malum est, ut diximus, ignorantia, sed quia substantiam non habet,
facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Non¹¹⁹ enim aliud est ignorantia, nisi non
agnovisse, quod expedit, ubi autem agnoveris¹²⁰, perit ignorantia. [H. 67] Quaeri ergo
magnopere¹²¹ debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare¹²² potest nisi verus
propheta. Haec enim¹²³ porta¹²⁴ est vitae volentibus ingredi et sunt operum bonorum
120 pergentibus ad civitatem salutis.

Quellen:

77-200: Dominus - servies, Clem. recogn. V. 2—13.

Rezeption:

117-145: *Quaeri – diversitas*: Coll. Ans. ded. X,137.

¹⁰¹ quis *korr. aus* qui O93

¹⁰² *am Rande* expellitur VD38

¹⁰³ laborandum nobis] nobis laborandum VD38

¹⁰⁴ et V630

¹⁰⁵ ignorantiam VD38

¹⁰⁶ *am Rande* abscidamus VD38

¹⁰⁷ recensemus V630

¹⁰⁸ minus *korr. aus* minus VD38

¹⁰⁹ alicuiusdam O93; N442; cuiusdam VD38

¹¹⁰ ut N442; I83

¹¹¹ in his] utilis VD38

¹¹² *am Rande* fortius VD38

¹¹³ quale] quale si V630

¹¹⁴ et agat quidem cuncta ut ebrius sobrium *fehlt* V630

¹¹⁵ qui *fehlt* V630

¹¹⁶ gerunt *korr. aus* gerant V630; gerunt VD38

¹¹⁷ *am Rande* ad mortem VD38

¹¹⁸ est *fehlt* O93

¹¹⁹ *am Rande* Hic dicit quod sit ignorantia VD38

¹²⁰ cognoveris V630

¹²¹ *am Rande* magno studio VD38

¹²² *am Rande* demonstrare VD38

¹²³ enim *fehlt* I83

¹²⁴ via V630

Si quis sane¹²⁵ audiens sermonem veri prophetae velit recipere aut nolit et¹²⁶ amplecti onus eius, id est mandata vitae, habet in sua potestate, liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset¹²⁷, ut audientes, cum iam non¹²⁸ haberent in potestate aliud facere, quam audierant, vis¹²⁹ erat quaedam naturae, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam, aut
 125 si rursus¹³⁰ ex audientibus nullus omnino reciperet, et hoc naturae vis erat, quae unum aliquid fieri cogeret¹³¹ et alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo, in quam velit partem, declinare iudicium suum, et quam probaverit eligere viam, constat¹³² evidenter inesse hominibus arbitrii libertatem. Igitur, priusquam audiat quis, quod ei expedit¹³³, certum est, quia ignoret, et ignorans vult et desiderat, quod non expedit, agere,
 130 propter quod pro hoc non¹³⁴ iudicatur. Cum vero audierit causas erroris sui et rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum¹³⁵ fuerat praeventus¹³⁶, recte iam vocabitur ad iudicium daturus poenis¹³⁷, quia vitae huius spatium, quod ad bene vivendum accepit, in¹³⁸ ludibriis consumpsit¹³⁹ 140 errorum. Qui vero audiens haec¹⁴¹ libenter accepit¹⁴² et gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam¹⁴³, requirat intentius et discere
 135 non desinat, usquequo cognoscat, si est vere aliud secundum, in quo bonis praemia praeparata sunt, et cum certus de hoc fuerit, gratias agat deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit. De cetero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est praeparatam demirans per omnia et stupens ceterorum hominum errores, et quod ante oculos positam veritatem nemo videbat¹⁴⁴. Ipse tamen gaudens super
 140 divitiis sapientiae, quas invenit, insatiabiliter his perfruatur et exercitio bonorum operum

Quellen:

77-200: Dominus - servies, Clem. recogn. V. 2—13.

¹²⁵ *am Rande* certe VD38

¹²⁶ *et fehlt* VD38

¹²⁷ *est* N442; I83; VD38

¹²⁸ *non fehlt* VD38

¹²⁹ *am Rande* possibilitatem VD38

¹³⁰ *am Rande* iterum VD38

¹³¹ *am Rande* impelleret VD38

¹³² *am Rande* Certum est VD38

¹³³ *am Rande* necessarium est VD38

¹³⁴ *am Rande* non damnatur VD38

¹³⁵ *am Rande* ante VD38

¹³⁶ *am Rande* preoccupatus captus VD38

¹³⁷ *penas* V630

¹³⁸ *am Rande* deceptionibus VD38

¹³⁹ *am Rande* finivit terminavit VD38

¹⁴⁰ *consumpsit* V630

¹⁴¹ *haec fehlt* V630

¹⁴² *accepit korr. zu accipit* V630

¹⁴³ *am Rande* data deductam VD38

¹⁴⁴ *videbat korr. aus videat* I83

delectetur festinans ad¹⁴⁵ saeculum futurum mundo corde et pura conscientia pervenire, ubi etiam videre deum regem omnium possit. His autem omnibus carere¹⁴⁶ nos et fraudari sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia¹⁴⁷, ignorantiae malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim, quanta sit in horum permutatione
 145 diversitas. [H. 68] Propter quod consilium do unicuique discentium libenter praebere aurem verbo dei et cum amore veritatis audire¹⁴⁸, quae dicimus, ut mens optimo semine suscepto per bonos actus laetos afferat fructus. Nam si¹⁴⁹ me docente ea, quae ad salutem pertinent, recipere quis abnuat¹⁵⁰ et animo pravis opinionibus occupato obsistere¹⁵¹ nititur¹⁵², non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare¹⁵³,
 150 quae dicimus, et intellegere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his, quae sunt, ut sunt, et in bonis actibus dirigens viam suam regni caelorum possit particeps inveniri subiciens sibi carnis desideria et dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium iocunda possessio. Nam qui permanet in malo et servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab initio, ut ante iam diximus, duo
 155 regna statuit deus et potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad oboediendum ipse¹⁵⁴ subiecerit. Et quia definitum¹⁵⁵ est apud deum non posse unum hominem utriusque regni esse servum, omni studio date operam¹⁵⁶ in boni regis aulam ac iura¹⁵⁷ concurrere. [H. 69] Propter hoc denique verus propheta, cum esset praesens nobiscum et quosdam ex divitibus negligentes erga dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem:
 160 Nemo potest, inquit, duobus dominis servire, et non potestis deo servire et mammoni,

Quellen:

77-200: Dominus - servies, Clem. recogn. V. 2—13.

145f.: *Propter - dei*, Clem. recogn. V. 8. Cf. supr. c. 56.

Rezeption:

145-158: *Propter – concurrere*: Coll. Ans. ded. VIII,45.

158-160: *Propter – mammoni*: Coll. Ans. ded. VIII,46.

¹⁴⁵ ad korr. aus a VD38

¹⁴⁶ am Rande non habere VD38

¹⁴⁷ scientiam N442

¹⁴⁸ audire korr. aus audite V630

¹⁴⁹ si me] sine V630

¹⁵⁰ am Rande respuit VD38

¹⁵¹ am Rande Contradicere VD38

¹⁵² interlinear temptat VD38

¹⁵³ am Rande investigare VD38

¹⁵⁴ spe N442; I83; VD38

¹⁵⁵ diffinitum I83

¹⁵⁶ am Rande diligentiam VD38

¹⁵⁷ iure N442; I83

mammona patria eorum voce divitias vocans. Hic ergo verus propheta, qui in Iudaea¹⁵⁸
 nobis apparuit, ut audistis¹⁵⁹, qui stans¹⁶⁰ publice sola iussione faciebat caecos videre, surdos
 audire, fugabat daemones, aegris¹⁶¹ sanitatem reddebat et mortuis vitam. Cumque nihil ei
 esset impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli est¹⁶² possibile nisi soli
 165 deo. Hic annuntiavit¹⁶³ regnum dei, cui nos de omnibus, quae dicebat, tamquam vero
 prophetae credidimus¹⁶⁴ firmitatem fidei nostrae non solum enim¹⁶⁵ ex verbis eius, sed ex
 operibus assumentes, quia dicta legis, quae ante multas generationes de praesentia eius
 exposuerant, in ipso consignantur, et imaginem¹⁶⁶ gestorum Moysei¹⁶⁷ et ante ipsum
 patriarchae Iacob ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus eius, hoc est
 170 ipsum, in quo venerat, praedictum ab his constat, et super omnia, quod esset a gentibus
 exspectandus sacris litteris compraeheusum est, quae in eo pariter universa completa sunt.
 Quod autem Iudaeorum propheta praedixit eum a gentibus exspectandum, supra modum in
 eo fidem veram firmat. Si enim dixisset a Iudaeis exspectandum, non aliquid eximium¹⁶⁸
 prophetasse videretur, quod a contribuli¹⁶⁹ populo et a propria gente speraretur is, cuius
 175 adventus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens¹⁷⁰ ratio esse,
 ut hoc fieret, quam magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetae dicant omnem
 illam spem, quae de salute mundi repromittitur, et novitatem¹⁷¹ regni, quae instruenda per
 Christum est, atque omnia, quae de eo indicant¹⁷², ad gentes esse transferendam¹⁷³, iam non
 secundum consequentiam¹⁷⁴ rerum, sed incredibili quodam vaticinatos¹⁷⁵ eventu, magnificentia
 180 prophetica confirmatur. Iudaei namque ex initio adfore¹⁷⁶ aliquando hunc virum, per quem
 cuncta reparentur, verissima traditione susceperant, et cotidie meditantes ac prospicientes,

Quellen:

77-200: Dominus - servies, Clem. recogn. V. 2—13.

¹⁵⁸ iudaea korr. aus iudae I83

¹⁵⁹ audistis korr. aus adistis O93

¹⁶⁰ stans] stans bene I83

¹⁶¹ aegri I83

¹⁶² esset V630; VD38

¹⁶³ annuntiabat V630

¹⁶⁴ credimus I83; VD38

¹⁶⁵ enim fehlt V630

¹⁶⁶ imagines VD38

¹⁶⁷ moyse I83; moysi VD38

¹⁶⁸ am Rande preclarum VD38

¹⁶⁹ am Rande cognato propinquo ex communi tribu orto VD38

¹⁷⁰ am Rande conveniens VD38

¹⁷¹ novitate I83

¹⁷² indicant korr. aus indicat O93; iudicantur V630

¹⁷³ transferenda V630; VD38

¹⁷⁴ am Rande congruentiam VD38

¹⁷⁵ am Rande predixisse VD38

¹⁷⁶ am Rande adesse VD38

quando eius fieret adventus, ubi adesse eum¹⁷⁷ viderunt et signa ac prodigia, sicut de eo adscriptum fuerat adimplentem, invidia excaecati agnoscere nequiverunt¹⁷⁸ praesentem, in cuius spe laetabantur absentes. Intellexerunt tamen sancti apostoli, qui a deo electi sunt, et
 185 nos, qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia dei factum est, ut agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, et hi, qui numquam de eo audierant nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum, illi vero, qui cotidianis meditationibus evanuerant, ignorarent. Ecce enim per vos nunc, qui praesentes estis, et desideratis audire doctrinam fidei eius et agnoscere, quis et quomodo et qualis sit eius adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc
 190 est enim, quod praedixerant prophetae, quia a vobis quaerendus esset, qui¹⁷⁹ de¹⁸⁰ eo numquam¹⁸¹ audistis. Et ideo videntes in vobis ipsis prophetica dicta compleri, huic uni¹⁸² recte credens¹⁸³ hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum expectetis eum, sed¹⁸⁴ et hereditatem¹⁸⁵ regni eius credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia unusquisque illius sit servus, cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate¹⁸⁶ et
 195 dominum deumque nostrum vobis conscribite dominum¹⁸⁷, qui et caeli ac terrae dominus est, et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet dicens: Estote boni et misericordes, sicut et pater vester caelestis misericors est, qui oriri¹⁸⁸ facit solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Hunc ergo imitamini¹⁸⁹ et hunc timete¹⁹⁰, et sicut mandatum datur hominibus: Dominum deum tuum
 200 timebis et ipsi soli servies.

Infidelibus quidem dormit dominus et absens habetur his, a quibus esse non creditur, et

Quellen:

77-200: Dominus - servies, Clem. recogn. V. 2—13.

201-203: *Infidelibus - exaudiuntur* sec. Clem. recogn. VIII. 62.

¹⁷⁷ eum *fehlt* V630

¹⁷⁸ *am Rande* non potuerunt VD38

¹⁷⁹ qui de eo *korr. aus* quid eo V630

¹⁸⁰ de eo] deo V630

¹⁸¹ num I83

¹⁸² veni VD38

¹⁸³ creditis V630; credentes I83; VD38

¹⁸⁴ sed et *korr. aus* sed O93

¹⁸⁵ hereditatis I83

¹⁸⁶ vigilate *korr. aus* vilate O93

¹⁸⁷ dominum *fehlt* VD38

¹⁸⁸ criiri VD38

¹⁸⁹ imitamimi VD38

¹⁹⁰ timete et *korr. aus* timete O93

mandatis eius non oboediunt, atque ob id illis videtur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur.

[H. 70] Quapropter cunctis fidelibus et summopere¹⁹¹ omnibus presbyteris et diaconibus ac
 205 reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia¹⁹² agant¹⁹³. Non¹⁹⁴
 utique missas sine eius iussu quisque presbyterorum in sua parrochia agat, non baptizet nec
 quicquam¹⁹⁵ absque eius permissu faciat. Similiter¹⁹⁶ et reliqui populi maiores scilicet et
 minores per eius licentiam, quicquid agendum est, agant, nec sine eius permissu a¹⁹⁷ sua¹⁹⁸
 210 parrochia abscedant, vel in ea adventantes¹⁹⁹ morari praesumant. Animae vero eorum ei
 creditae sunt, ideo omnia eius consilio agere debent et eo inconsulto²⁰⁰ nihil. Quicumque²⁰¹
 enim oboediunt episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiae conferre deo, qui autem eis
 non oboediunt²⁰², indubitanter rei et reprobi existunt. Porro ipsi a deo donum²⁰³ summi
 muneris consequantur²⁰⁴, qui iustitiae²⁰⁵ et praecepti eius semitas incedentes suis doctoribus,

Quellen:

205: *ut - agant*, epit. Hadr. can. ap. 36. (cf. Ben. I. 23. II. 31. III. 182). Cf. supra c. XXXVI.

205-207: *Non - faciat*, Lulli ep. ad pontif. max. (int. ep. S. Bonif. no. 112. p. 290).

209f.: *Animae - sunt*, can. 40. apost.

210-212: *Quicumque - incedentes*, Clem. recogn. II. 20.

Rezeption:

204f.: *presbyteris - licentiam*: vgl. Anselm v. Lucca VII,95 (*Ut presbyteri et diaconi et reliqui omnes nichil preter licentiam proprii episcopi agant*).

204-209: *Quapropter - praesumant*: Bonizo III,38.

204-210: *Quapropter - nihil*: Ps.-Remedius c. 5.

204-212: *Quapropter - existunt*: Burchard II,93 (207 *quicquam*] *quicquam quod ad episcopum pertineat*); Ivo, Decr. II,123 (207 *quicquam*] *quicquam quod ad episcopum pertineat*); Polycarpus IV,32,2 (207 *quicquam*] *quicquam quod ad episcopum pertineat*).

204-214: *Quapropter - oboediunt*: Coll. Ans. ded. IV,46

204-207: *cunctis - faciat*: Gratian C. XVI, q. 1, c. 41.

204-210: *cunctis - nihil*: Ivo, Decr. VI,90.

211-214: *qui - oboediunt*: Gratian DXCIII, c. 9 (209 *eis*] *episcopis suis*; 213 *iustitiae - incedentes* fehlt).

¹⁹¹ *am Rande* summo studio VD38

¹⁹² *licentiam* N442

¹⁹³ *agunt* I83

¹⁹⁴ *am Rande* Hic dicit quod sine licentia episcopi nullus in eius parrochia missam celebrare debent VD38

¹⁹⁵ *quisquam* V630

¹⁹⁶ *Similiter et reliqui populi maiores scilicet et minores per eius licentiam quicquid agendum est agant nec sine eius permissu a sua parrochia abscedant, vel in ea adventantes morari praesumant* fehlt I83

¹⁹⁷ *a korr. zu* ad VD38

¹⁹⁸ *sua parrochia abscedant] suam parrochiam accedant* VD38

¹⁹⁹ *am Rande* advenientes VD38

²⁰⁰ *am Rande* ininterrogato VD38

²⁰¹ *am Rande* Quanta sit pontificalis iussio I83

²⁰² *oboediunt* *korr. aus* *obodiunt* I83

²⁰³ *domum* I83

²⁰⁴ *consequantur* V630; I83

²⁰⁵ *iustitiae et praecepti* *korr. aus* *iustitiae* V630

qui recte episcopi intelleguntur, libenter oboediunt²⁰⁶. De quibus et beatus Petrus, instructor
 215 et ordinator noster et princeps apostolorum, manifeste cunctos audientes instruebat dicens:
 Videntur mihi hi²⁰⁷, qui loquuntur verbum veritatis et qui illuminant animas hominum,
 similes²⁰⁸ esse radiis solis, qui, ut processerint²⁰⁹ et apparuerint mundo, celari ultra aut
 occultari nullatenus possunt, dum non²¹⁰ tam videntur ab hominibus²¹¹, quam videre omnibus
 praestant. Unde et bene ipsa per se veritas ad veritatis praecones ait: Vos estis lux mundi,
 220 et non potest civitas abscondi supra²¹² montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt
 eam sub modio, sed supra²¹³ candelabrum, ut omnibus luceat, qui in domo sunt. Si quis
 ergo his oboedierit, deo, ut dictum est, magnum munus offert. Qui autem²¹⁴ his restiterit²¹⁵
 aut inoboediens exstiterit, non his, sed domino salvatori nostro, cuius legatione funguntur,
 resistit. Propter quod primum est omnium iustitiam dei regnumque eius inquirere et suis
 225 iussionibus obtemperare, iustitiam quidem, ut recte agere doceamur²¹⁶, regnum vero, ut, quae
 sit merces posita laboris et patientiae, noverimus, in quo est bonis quidem aeternorum
 bonorum remuneratio, his autem, qui contra voluntatem eius egerunt, pro uniuscuiusque
 gestis poenarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est in praesenti vita, positos oportet vos
 agnoscere voluntatem dei, ubi et agendi et²¹⁷ sacrificandi est locus, quoniam²¹⁸ in aliis locis
 230 sacrificare et missas celebrare non licet nisi in his, in quibus episcopus proprius²¹⁹ 220

Quellen:

216-221: *Videntur - candelabrum*, l. c. VIII. 4.

224-229: *Propter - locus*, l. c. II. 20.

229-233: *quoniam - testamento* sec. Ben III. 431. (conc. Paris, a. 829. lib. III. 6). Cf. Fel. IV. pp. ep. 1.

Rezeption:

228-235: *Hic – mandamus*: Coll. Ans. ded. IV,51; Burchard III,59; Bonizo IV,99; Ivo, Decr. III,62; Polycarpus III,16,1 (229: *voluntatem*] *voluntatem et preceptum*).

228-232: *Hic – celebranda*: Ps.-Remedius c. 3; Gratian D. I de cons. c. 14

229-233: *in – tradiderunt*: Anselm v. Lucca VII,117 (*tenentem videlicet civitatem* fehlt).

²⁰⁶ oboediunt *korr. aus* obodiunt I83

²⁰⁷ hi *fehlt* V630; I83

²⁰⁸ similis N442

²⁰⁹ precesserint I83

²¹⁰ non tam] portam V630

²¹¹ omnibus VD38

²¹² super VD38

²¹³ super N442

²¹⁴ autem his *korr. aus* autem O93

²¹⁵ resisterit O93; restiterit *korr. aus* resisterit V630

²¹⁶ doceamus V630; VD38

²¹⁷ et *korr. aus* e VD38

²¹⁸ *am Rande* De missis celebrandis I83

²¹⁹ propitius VD38

²²⁰ proprius iusserit] propriusserit *korr. aus* proprius O93

iusserit aut ab²²¹ episcopo regulariter ordinato tenentem²²² videlicet civitatem consecratus fuerit²²³. Aliter enim non sunt haec agenda nec rite celebranda docente nos novo et veteri testamento. Haec apostoli a domino acceperunt et nobis tradiderunt, haec nos docemus vobisque et omnibus absque repraehensione tenere et docere, quibus agendum est, mandamus. [H. 71] Unaquaeque etenim res suum tempus habet et locum. Operum hic locus est, tempus vero est meritorum saeculum futurum. Ne ergo impediamur²²⁴ ordinem locorum ac temporum permutantes, primo quae sit dei iustitia requiramus, ut²²⁵ ²²⁶ tamquam iter acturi abundantiam viatico bonis operibus repleamur²²⁷, quo possimus ad regnum dei tamquam ad urbem maximam pervenire. Deus enim his, qui recte sentiunt, per ipsa opera mundi, quae fecit, manifestus²²⁸ est, ipsius creaturae suae utens²²⁹ testimonio, et ideo cum de deo dubitatio esse²³⁰ non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus et regno²³¹. Idcirco²³² persuadeo primum iustitiam eius esse requirendam, ut per hanc iter agentes et in via positi veritatis verum prophetam invenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currentes, ut²³³ ipso duce usi nullum viae huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes ingredi meruerimus²³⁴ illam, quo pervenire cupimus, civitatem, omnia iam, de quibus quaeritur, oculis videbimus tamquam heredes omnium facti. Intellegite itaque viam²³⁵ esse hunc vitae nostrae cursum, viatores eos, qui nos instruunt vel qui bona opera gerunt, portam²³⁶ vero prophetam²³⁷, de quo dicimus, urbem regnum²³⁸ esse, in quo residet

Quellen:

233-235: *Haec - mandamus* sec. c. 2. i. f. 3. i. f. conc. Carth. (D.). Cf. Anacl. 26.
 235-253: *Unaquaeque - aeternam*, Clem. recogn. II.21.22. Cf. Clem. 43.

Rezeption;

235-263: *Unaquaeque - dei*: Coll. Ans. ded. X, 140.

²²¹ ab *fehlt* VD38

²²² tenente VD38

²²³ fuerit *korr. aus* fuerat N442

²²⁴ impediamus VD38

²²⁵ vi I83

²²⁶ ut tamquam] vitam quam I83; O93; vitamque VD38

²²⁷ repleamus VD38

²²⁸ manifestus est *korr. aus* manifestus V630

²²⁹ am Rande approbans VD38

²³⁰ esse non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus et regno. Idcirco persuadeo primum iustitiam eius esse] esset I83

²³¹ regno *korr. aus* regna V630

²³² Ideo VD38

²³³ et I83

²³⁴ meruerimus *korr. aus* meruimus N442; meruimus I83

²³⁵ viam *korr. aus* vitam N442; vitam V630

²³⁶ porta O93; I83

²³⁷ propheta I83

²³⁸ regnum *fehlt* V630

omnipotens pater, quem soli videre possunt²³⁹ hi, qui mundo sunt corde. Non ergo vobis
 250 difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam et ipse verus
 propheta ab initio mundi per saeculum currens festinat ad requiem. Adest enim nobis²⁴⁰
 omnibus diebus et, si quando necesse est, apparet et corrigit nos, ut obtemperantes sibi ad
 vitam perducatur aeternam. De his autem qui neglegunt viam suae salutis et adhuc non bene
 fideles et praeceptis eius suorumque pontificum iussionibus inoboedientes vel contumaces eis
 255 existunt, dominus noster Iesus Christus mittens discipulos suos praecepit nobis dicens: In²⁴¹
 quamcumque civitatem aut domum introierimus²⁴², dicamus²⁴³: Pax huic domui. Et si
 quidem, inquit²⁴⁴ ²⁴⁵, fuerit²⁴⁶ ibi filius pacis, veniet²⁴⁷ super eum pax vestra, si vero non
 fuerit, pax vestra ad vos revertetur. Exeuntes autem de domo vel de civitate illa etiam
 pulverem, qui adhaeserit pedibus nostris, excutiamus super eos. Tolerabilius erit terrae
 260 Sodomorum et Gomorreorum in die iudicii quam illi civitati vel domui. Quod utique ita
 demum fieri praecepit, si prius in civitate vel domo veritatis sermo praedicetur, ex quo vel
 recipientes veritatis fidem filii pacis et filii dei fiant, vel non recipientes arguantur quasi
 inimici pacis et dei. [H. 72] Ita ergo et nos magistri instituta sectantes pacem²⁴⁸ primo
 proponimus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis
 265 pacis verba non suscipit neque acquiescit²⁴⁹ veritati, scimus adversum eum pugna²⁵⁰ verbi
 movere et urgere acrius confutando ignorantiam et redarguendo peccata²⁵¹. Necessario igitur
 pacem proponimus, ut, si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum, ab eo autem,
 qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in mandatis
 habemus, ut²⁵² venientes ad civitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, ut²⁵³ apud eum

Quellen:

253-268: *De - nostra*, Clem. recogn. II. 30. 31

268-284: *Et - nostri*, l. c. II. 3. 4.

Rezeption:

263-284: *Ita - nostri*: Coll. Ans. ded. VIII,67.

263-268: *Ita - nostra*: Coll. Ans. ded. X,40.

268-284: *in - nostri*: Gratian D. XLIII, c. 2. (Inskription: *Item Origenes*).

²³⁹ possint I83

²⁴⁰ vobis V630

²⁴¹ In] ut in V630

²⁴² introieritis N442; I83

²⁴³ dicite I83

²⁴⁴ inquit fehlt VD38

²⁴⁵ inquit fuerit] fuerit inquit I83

²⁴⁶ fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra; si vero non fehlt VD38

²⁴⁷ veniat O93; V630

²⁴⁸ pace I83

²⁴⁹ acquiescet I83

²⁵⁰ pugnam VD38

²⁵¹ peccata korr. aus peccato VD38

²⁵² et I83

²⁵³ ut fehlt VD38

270 cibum sumamus, quanto magis convenit noscere, quis qualisve sit is, cui immortalitatis²⁵⁴
 verba credenda sunt. Solliciti enim et valde solliciti esse²⁵⁵ debemus, ne margaritas nostras
 mittamus ante porcos. Sed et alias ob causas utile est viri huius me habere notitiam. Si
 enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari, quod bona sint²⁵⁶, emendatus est et
 inculpabilis, hoc est si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis et humanus²⁵⁷ est²⁵⁸, quae
 275 utique bona esse nullus ambigit²⁵⁹, tunc consequens videbitur, ut ei, qui obtinet bona
 virtutum etiam, quod deest²⁶⁰ fidei et scientiae, conferatur et, in quibus maculari videtur
 eius vita, quae est in reliquis probabilis²⁶¹, emendetur. Si vero in his, quae palam sunt,
 peccatis involutus permanet et²⁶² inquinatus²⁶³, non me oportet aliquid de secretioribus et
 remotis divinae scientiae proloqui, sed magis protestari²⁶⁴ et convenire eum, ut peccare
 280 desinat et actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit²⁶⁵ se et provocavit²⁶⁶ nos dicere,
 quae eum²⁶⁷ minus recte agentem non oporteat audire, prudenter²⁶⁸ eum debemus eludere²⁶⁹.
 Nam nihil omnino respondere auditorum causae utile²⁷⁰ non videtur, ne forte aestimet²⁷¹ nos
 responsionis penuria declinare certamen, et fides eorum laedatur²⁷², non intellegentia
 propositi²⁷³ nostri.

285 [H. 73] Magna contumelia²⁷⁴ et grave nobis erit peccatum, si ita desipiamus²⁷⁵, ut²⁷⁶ 277

Quellen:

285-311: *Magna - posita*, l. c. VI. 13. 14.

Rezeption:

285-314: *Magna – Amen*: Coll. Ans. ded. XII,69.

²⁵⁴ mortalitatis O93; N442; I83

²⁵⁵ ee I83

²⁵⁶ sit I83

²⁵⁷ humanus korr. aus hamanus V630

²⁵⁸ est fehlt V630

²⁵⁹ am Rande dubitat VD38

²⁶⁰ est N442; dee I83

²⁶¹ am Rande perfecta VD38

²⁶² et fehlt V630

²⁶³ am Rande sordidatus VD38

²⁶⁴ am Rande adfirmare VD38

²⁶⁵ am Rande inmerserit contraxerit VD38

²⁶⁶ provocaverit V630; provocabit VD38

²⁶⁷ eum fehlt V630

²⁶⁸ prudenter korr. aus providenter N442

²⁶⁹ am Rande subplantare subvenire VD38

²⁷⁰ utile fehlt V630

²⁷¹ aestiment V630

²⁷² am Rande frangatur VD38

²⁷³ praepositi V630

²⁷⁴ am Rande obprobrium VD38

²⁷⁵ am Rande ad sapientiam recedamus VD38

²⁷⁶ et N442; I83; VD38

²⁷⁷ ut videamus eum] eum et videamus korr. aus eum O93

videamus eum, qui idola colit, esse sobrium, nos, qui deum colimus, sobrii esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed magnum habeamus studium, ut si illi, qui errant²⁷⁸, homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nos ne concupiscamus quidem alienam²⁷⁹ mulierem. Si illi amant proximos suos, nos diligamus
 290 etiam inimicos nostros. Si illi mutuo²⁸⁰ dant his, qui habent, unde reddant, nos etiam his demus, a quibus recipere non speramus. Et per omnia²⁸¹ nos, qui²⁸² aeterni saeculi hereditatem speramus, debemus praecellere eos, qui praesens tantum saeculum norunt²⁸³, scientes, quia, si opera illorum nostris²⁸⁴ operibus collata^{285 286} in die iudicii²⁸⁷ similia inveniuntur ac paria²⁸⁸, confusio nobis erit, quod aequales²⁸⁹ invenimur²⁹⁰ in operibus his,
 295 qui propter ignorantiam condemnantur et nullam spem²⁹¹ futuri²⁹² saeculi habuerunt²⁹³. Et vere²⁹⁴ digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his, quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, aequales his inveniri in operibus bonis, quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores examinatio²⁹⁵ futura repperiat? Audite ergo, quomodo de his nos²⁹⁶ ipse verus propheta docuerit. Ad eos autem, qui neglegunt audire verba sapientiae, ita
 300 ait: Regina austri surget²⁹⁷ in iudicio cum generatione hac et condemnabit²⁹⁸ eam, quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic, et non audiunt. Ad eos vero qui de malis actibus gerere poenitentiam detractabant²⁹⁹, ita ait: Viri Ninivitae surgent in iudicio cum generatione hac, et condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in praedicatione³⁰⁰ Ioniae, et ecce plus quam Iona³⁰¹ hic. Videtis ergo, quomodo eos,

Quellen:

285-311: *Magna - posita*, l. c. VI. 13. 14.

²⁷⁸ errant *korr. aus* erant VD38

²⁷⁹ aliena VD38

²⁸⁰ *am Rande* se invicem commodantur VD38

²⁸¹ omnia nos *korr. aus* omnia O93

²⁸² quia V630

²⁸³ *am Rande* Cognoscunt VD38

²⁸⁴ nostris *korr. aus* nostros V630

²⁸⁵ *am Rande* comparata VD38

²⁸⁶ collota VD38

²⁸⁷ iudicii *korr. aus* iudicio O93

²⁸⁸ *am Rande* equalia VD38

²⁸⁹ equalis I83

²⁹⁰ invenimus VD38

²⁹¹ spe O93

²⁹² futuris I83

²⁹³ habuerint I83; VD38

²⁹⁴ vera VD38

²⁹⁵ *am Rande* iudicio VD38

²⁹⁶ nos *fehlt* I83

²⁹⁷ surget *korr. aus* surgit N442; surgit O83

²⁹⁸ condemnavit O93

²⁹⁹ *am Rande* respuebant VD38

³⁰⁰ predicationem I83

³⁰¹ Iona hic] sonas VD38

305 qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorantia veniebant, et ostendens eos nec illis aequales³⁰² esse, qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnatos. Ex quibus omnibus sermo, quem proposuimus, approbatur, ut castimonia, quae aliquatenus etiam ab his, qui in errore³⁰³ sunt positi, custoditur, multo plurius³⁰⁴ et attentius et per singulas quasque, sicut supra ostendimus, species a nobis, qui
310 veritatem sequimur, teneatur, eo magis, quo apud nos³⁰⁵ observantiae eius praemia aeterna sunt posita. Aliter enim nemo salvus esse poterit, nisi³⁰⁶ his³⁰⁷ observationibus pro viribus operam dederit.

Deus vos in sua voluntate unumquemque in suo ordine semper custodiat, fratres, et sibi³⁰⁸ placere in omnibus concedat. Amen.

Quellen:

285-311: *Magna - posita*, l. c. VI. 13. 14.

311: *Aliter - poterit*, Conc. Par. a. 829. lib. I. c. 1.

³⁰² aequales V630; aequalis korr. aus aequalis N442

³⁰³ errores korr. aus errore I83

³⁰⁴ am Rande maius VD38

³⁰⁵ nos fehlt I83

³⁰⁶ nisi his] nihil N442; I83

³⁰⁷ his fehlt O83; qui VD38

³⁰⁸ sibi korr. aus si N442